Thurzansczi inscribunt se divisionem facere

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus
Nobiles Hrinko Jhanko et Hieronimus Thurzanszi Recedens a iure suo
quoniam terrae forumque competens ad hunc praesentem in eodem castrensi Premisliensi
se et successores suos cum omnibus bonis suis quoad actum effectumque praesentis
inscriptionis incorporantes sani mentis et corpore existentes per expressumque renuntiantes
quia se et suos successores de omnibus bonis suis hereditariis et obligatis mobilibus
et immobilibus inscribunt et obligant divisionem inter se bonorum suorum
in villa Thurza huic proferia secunda ante festum sancti Stanislai in maio
proxime ventura facere sub vadio centum viginti marcarum pecunie monete pol.
Ad quam divisionem faciendam eligunt sibi divisores Dmitrum Jaworszi nec
non Hrizko et Klim Thurzanszie quicquid autem ipsi divisores inter
ipsos constituerint id totum debent tenere perpetuis et eiusdem temporibus
sub vadio simili centum viginti marcarum pecunie monete et numeri polonicalis
Inscribuntque se et suos successores super omnibus bonis suis idem Thurzanszi
praesentem inscriptionem castrensi Premisliensi ex his actis ad acta terrae Premisliensis
pro primis vel secundis terminis terrestribus Premisliensibus transferre et transportare
sub vadio simili centum viginti marcarum pecunie monete et numeri polonicalis
pro quoquidem vadio et vadiis si se aliqua pars praesentis inscriptionis contraveniens
cittare permiserit et successores permiserit extunc recedens a iure
suo quoniam terrae in primo cittationis termino tanquam in peremptorio coram
terrae et castrensi Premisliensi iudiciis stare parere et respondere ac pro
praefato vadio a iudicio non recedens satisfacere debet et successores tenebuntur.
Terminum ipsum praemissum tanquam peremptorium nullis modis viis colloribus
dillationibus evasionibus praescriptionibus terrestribus motionibus applicationibus
earumque prosequutionibus actione pro maiori statuti nostri vel veteribus
laudari et laudare ad quietationem dillationum non petentes pena trium
marcarum et triplici pena hoc idem vadium non evadentes legalibusque aliquibus
impedimentis non differentes quatenus nihil sibi in auxilium contra inscriptionem
praesentem eiusque defectum recipientes sue et successorum suorum sub amissione
totius cause. Quod mentis firmatum est.

Vynnyczki quiettat alium

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis
Paulus Vynniczki suo et Nobilis Lecz Vynniczki fratris sui germani pro cuius ratihabitione
cavet et se in omnibus bonis inscribit Recedens a iure suo quoniam terrae
et huic in eodem praesenti se et successores suos cum omnibus bonis suis incorporantes pro
palam renuntiat quia nomine suo ac praefati Lecz fratris sui a Nobili Hrizko Vynniczki
recepit et manualiter levavit summam quadraginta florenorum pecunie quam habuerunt
super bonis ipsius actis castrensibus Premisliensibus inscriptis Ratione cuius receptionis et levationis
summe praefati eundem Hrizko Vynniczki quiettat et liberum facit perpetue
inscriptionemque castrensem Premisliensem super summam praefatam sibi cassat mortificat et
in nihilum redigit de bonisque praefatis condescendit si suisque successoribus perpetuum
silentium imponens Inscribitque se et successores suos idem Paulus Vynniczki inscriptionem
praesentem quietationis ex his actis ad acta terrae Premisliensis cum unius anni decursum
transferre et transportare Et post transportationem inscriptionis praesentis praefati
Lecz Vynniczki fratrem suum germanum dum ad annos discretionis pervenerit adducere
qui adductus debet ac tenebitur super inscriptionem praesentem consentire vel similem recognitionem
quietationis facere et recognoscere sub vadio summe simili quadraginta
florenorum pecunie monete et numeri polonicalis pro quoquidem vadio si se ipse Paulus
Vynniczki cum suis successoribus eidem Hrizko Vynniczki et eius successoribus
cittare permiserit et successores permiserit extunc recedens a iure suo quoniam terrae
coram terrae et castrensi Premisliensi iudiciis sive coram officio castrensi Premisliensi
in primo cittationis termino tanquam peremptorio stare parere et rendere ac pro
praefato vadio semotis omnibus dillationibus evasionibus praescriptionibus terrestribus
motionibus applicationibus earumque per adactiones prosequutionibus actione
pro maiori statuti nostri vel veteribus laudari et laudare ad quietationem
dillationum non petentes pena trium marcarum et triplici pena hoc idem vadium non evadentes
ac aliis dillationibus semotis a iudicio non recedentes satisfacere totius
quoniam necessarium fuit tenebitur et successores tenebuntur nulla in praemissis
praescriptione terrae obstante super quod mentis solutum est

Vinniczky obligat alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis
Hrizko Vynniczki vaskonicz Recedens a iure suo quoniam terrae et huic praesenti in eodem
dicioni se successores ac bona sua universa incorporantes pro ipso benivolenque renuntiat
quia bona sua hereditaria vigent totam et integram medietatem sortis sue cum tota
conseminatione hiemali et vernali excepta hortulania que est in macerato